§ 11.—Idem ait, si divortii causa facta sit donatio, valere,

12. PAULUS libro VII. ad Sabinum.— quae tamen sub ipso divortii tempore, non quae ex cogitatione quandoque futuri divortii fiant;

13. ULPIANUS libro XXXII. ad Sabinum.— sed si mors sit insecuta, non videri factas res mulieris, quia donatio in alium casum facta est.

§ 1.—Proinde et si mortis causa uxori donaverit, et deportationem passus est, an donatio valeat, videamus. Et alias placet, in casum deportationis donationem factam valere, quemadmodum in causam (2) divortii. Quum igitur deportatione matrimonium minime dissolvatur, et nihil vitium mulieris incurrit, humanum est, donationem, quae mortis causa ab initio facta est, tali exilio subsequuto confirmari, tanquam si mortuo marito rata habeatur (3), ita tamen, ut non adimatur licentia marito eam revocare, quia et mors eius expectanda est, ut tunc plenissimam habeat firmitatem, quando ab hac luce fuerit subtractus, sive reversus, sive adhuc in poena constitutus.

§ 2.—Quum quis acceperit, ut in suo aedificet, condici ei id non potest, quia magis donari ei videtur. Quae sententia Neratii quoque fuit; ait enim, datum ad villam exstruendam vel agrum serendum, quod alioquin facturum non erat is, qui accepit, in speciem donationis cadere; ergo inter virum et uxorem hae erunt interdictae.

14. PAULUS libro LXXI. (4) ad Edictum.— Quod si vir uxori, cuius aedes incendio consumtae sunt, ad refectionem earum pecuniam donaverit, valet donatio in tantum, in quantum aedificii exstructio postulat.

15. ULPIANUS libro XXXII. ad Sabinum.— Ex annuo vel menstruo, quod uxori maritus praestat, tunc, quod superest, revocabitur, si satis immodicum est, id est, supra vires dotis.

§ 1.—Si maritus uxori pecuniam donaverit, eaque usuras ex donata pecunia perceperit, lucrabitur; haec ita Iulianus in marito libro octavo decimo (5) Digestorum scribit.

16. TRYPHONINUS libro X. Disputationum.— Quid ergo, si ex centum, quae vir uxori donavit, quinquaginta apud debitorem ex his perierint, et alia quinquaginta duplicata usuris (6) uxor habet? Non plus quinquaginta eius donationis nomine maritus ab ea consequetur.

§ 10.—Si por causa de muerte hubiere hecho el marido donación á la mujer, y esta se hubiere divorciado, ¿se disolverá acaso la donación? Juliano escribió, que se invalidaba la donación, y que no quedaba pendiente.

§ 11.—Dice el mismo, que si la donación hubiera sido hecha por causa de divorcio, es válida,

12. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—pero aquellas que se hacen al tiempo mismo del divorcio, no las que se hagan por consideración al divorcio que en algún tiempo se haya de verificar;

13. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXII.*—pero que si se hubiera seguido la muerte, no se considera que las cosas se hicieron de la mujer, porque la donación fué hecha para otro caso.

§ 1.—Por lo cual, si por causa de muerte hubiere hecho donación á la mujer, y sufrió la deportación, veamos si será acaso válida la donación. Y parece bien por el contrario, que sea válida la donación hecha para el caso de deportación, así como por causa de divorcio. Pues no disolviéndose en manera alguna con la deportación el matrimonio, y no mediando vicio alguno de la mujer, es humano, que la donación, que en un principio fué hecha por causa de muerte, se confirme habiendo sobrevivido tal destierro, como si se considerara ratificada habiendo muerto el marido, pero de suerte, que no se le quite al marido facultad para revocarla, porque también se ha de esperar su muerte, para que tenga la plenísima firmeza cuando hubiere sido arrebatado á la vida, ora habiendo regresado, ora estando todavía cumpliendo la condena.

§ 2.—Cuando alguno hubiere recibido algo para que edifique en solar suyo, no se le puede reclamar esto por la condición, porque más bien parece que se le dona. Cuya opinión fué también la de Neracio; porque dice, que lo dado para edificar una casa de campo, ó para sembrar una heredad, cosa que de otro modo no habia de hacer el que lo recibió, cae en una especie de donación; luego estas donaciones estarán prohibidas entre marido y mujer.

14. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXXI.*— Pero si el marido hubiere donado dinero á la mujer, cuyas casas fueron destruidas por un incendio, para la reedificación de ellas, es válida la donación en tanto cuanto requiere la reconstrucción del edificio.

15. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXII.*—De la anualidad ó de la mensualidad, que el marido entrega á la mujer, se revocará lo que excede, si es bastante immoderado, esto es, superior á los recursos de la dote.

§ 1.—Si el marido hubiere donado dinero á la mujer, y esta percibiére intereses del dinero donado, se lucrará con ellos; y así lo escribe Juliano en cuanto al marido al libro décimo octavo del Digesto.

16. TRIFONINO; *Disputas, libro X.*—¿Qué se dirá, pues, si de ciento, que el marido donó á la mujer, se hubieren perdido cincuenta en poder de un deudor, y la mujer tiene duplicados los otros cincuenta por los intereses? Que el marido no conseguirá de ella más que cincuenta por razón de esta donación.

(1) nec eam in pendenti esse, Hal.

(2) in causa, Vulg.

(3) Hal. Vulg.; habebatur, el código Fl.

(4) XXXVI., Hal.

(5) decimo septimo, Hal.

(6) Taur.; uxoris (en lugar de usuris), el código Fl., Br.; pro usuris, Hal.; usuris, omitela la Vulg.

17. ULPIANUS *libro XXXII. ad Sabinum.*—De fructibus quoque videamus, si ex fructibus praediorum, quae donata sunt, locupletata sit, an in causam donationis cadant. Et Iulianus significat, fructus quoque, ut usuras, licitam habere donationem.

§ 1.—Sed si quid servus donatus adquisiit, ad eum, qui donavit, pertinebit.

18. POMPONIUS *libro IV. ex variis Lectionibus.*—Si vir uxoris, aut uxor viri servis aut vestimentis usus vel usa fuerit, vel in aedibus eius gratis habitaverit, valet donatio.

19. ULPIANUS *libro XXXII. ad Sabinum.*—Si uxor filio donaverit servum, qui in patris mariti sit potestate, deinde is servus ancillam acceperit, dominium mulieri quaeretur; nec interesse Iulianus ait, ex cuius pecunia haec ancilla emta sit, quia nec ex re sua quidquam acquiri potest per eum, qui donatur, ei, cui donatur, hoc enim bonae fidei possessoribus concessum est, virum autem scientem alienum (1) possidere.

§ 1.—Idem quaerit, si ex re mariti ea ancilla comparata fuerit, an adversus agentem mulierem de dote maritus pretium possit per exceptionem retinere; et dicendum est, posse maritum et exceptionem habere, si dos ab eo petetur (2); secundum Marcelli sententiam, et si solverit, secundum Iulianum condicere posse.

20. IAVOLENUS *libro XI. Epistolarum.* (3)—Si is servus, qui uxori mortis causa donatus est, priusquam vir decederet, stipulatus est, in pendenti puto esse causam obligationis, donec vir aut moriatur, aut suspicione mortis, propter quam donavit, liberetur; quidquid autem eorum incidit, quod donationem aut perimat, aut confirmet, id quoque causam stipulationis aut confirmabit, aut resolvit.

21. ULPIANUS *libro XXXII. ad Sabinum.*—Si quis pro uxore sua vectigal, quod in itinere praestari solet, solvisset, an, quasi locupletior esset ea facta, exactio fiat, an vero nulla sit donatio? Et magis puto non interdictum hoc, maxime si ipsius causa profecta est; nam et Papinianus libro quarto Responsorum scripsit, vecturas uxoris et ministeriorum eius virum itineris sui causa datas repetere non posse, iter autem fuisse videtur viri causa, et quum uxor ad virum pervenit; nec interesse, an aliquid de vecturis in contrahendo matrimonio convenerit, non enim donat, qui necessariis oneribus succurrit. Ergo et si consensu mariti profecta est mulier propter suas necessarias causas, et aliquid maritus expensarum nomine ei praestiterit, hoc revocandum non est.

§ 1.—Si uxor viro dotem promiserit et dotis

(1) bona fide non, inserta la *Vulg.*

(2) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; petitur, la *escritura original, Br.*

17. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXII.*—Veamos también respecto á los frutos, si se comprenderán en causa de donación, si se hubiera hecho más rica con los frutos de los predios, que se donaron. Y dá á entender Juliano, que también los frutos, como los intereses, tienen licita donación.

§ 1.—Pero si el esclavo donado adquirió alguna cosa, le pertenecerá á aquel que lo donó.

18. POMPONIO; *Doctrina de Autores varios, libro IV.*—Si el marido hubiere usado de los esclavos ó de los vestidos de su mujer, ó la mujer de los de su marido, ó habitare gratuitamente sus casas, es válida la donación.

19. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXII.*—Si la mujer hubiere donado un esclavo á su hijo, que estuviera en la potestad del padre del marido, y después este esclavo hubiere adquirido una esclava, su dominio se adquirirá para la mujer; y dice Juliano, que no importa con qué dinero haya sido comprada esta esclava, porque ni con sus propios bienes puede adquirirse cosa alguna por el que es donado para aquel á quien se dona, porque esto está permitido á los poseedores de buena fé, pero el marido posee á sabiendas una cosa ajena.

§ 1.—Pregunta el mismo, si, habiendo sido comprada aquella esclava con bienes del marido, podrá el marido retener por medio de excepción el precio contra la mujer que ejercite la acción de dote; y se ha de decir, que el marido puede tener la excepción, según la opinión de Marcelo, si se le pidiera la dote, y que si hubiere pagado, puede, según Juliano, ejercitar la condicción.

20. JAVOLENO; *Epistolas, libro XI.*—Si el esclavo, que por causa de muerte fué donado á la mujer, estipuló antes que muriese el marido, opino que queda en suspenso la causa de la obligación, hasta que muera el marido, ó se libre de la sospecha de muerte, por causa de la que hizo la donación; pero cualquiera de estas cosas que ocurriere, que ó anule ó confirme la donación, confirmará ó disolverá también la causa de la estipulación.

21. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXII.*—Si alguno hubiese pagado por su mujer la gabela que suele pagarse en un camino, ¿se hará acaso su exacción, como si ella se hubiese hecho más rica, ó será nula la donación? Y más bien creo que esto no está prohibido, mayormente si ella se puso en camino por causa del mismo; porque escribió también Papiniano en el libro cuarto de las Respuestas, que el marido no puede repetir los gastos de transporte de su mujer y de la servidumbre de ella pagados por causa de viaje de él, y que se considera que el viaje fué hecho por causa del marido, también cuando la mujer fué adonde estaba el marido; y que no importa, si al contraerse el matrimonio se hubiere convenido alguna cosa sobre los gastos de viaje, porque no hace donación el que subviene á las cargas necesarias. Luego si con consentimiento del marido viajó la mujer por propias causas necesarias, y el marido le hubiere entregado alguna cosa por razón de los gastos, tampoco se ha de revocar esto.

§ 1.—Si la mujer hubiere prometido al marido

(3) ἐπιστολῶν, *Hal.*

usuras, sine dubio dicendum est, peti usuras posse, quia non est ista donatio, quum pro oneribus matrimonii petantur. Quid tamen, si maritus uxori petitionem earum remisit? Eadem erit quaestio, an donatio sit illicita; et Iulianus hoc diceret; quod verum est. Plane si convenerat, uti se mulier pasceret suosque homines, idcirco passus est eam dote sua frui, ut se suosque aleret, expeditum erit; puto enim non posse ab ea peti quasi donatum, quod compensatum (1) est.

22. IDEM libro III. ad Sabinum. — Uxori suae quis mortis causa servum donavit, eumque cum libertate heredem scripsit; an valeat institutio, quaeritur. Et puto, si hoc animo eum scripsit heredem, quod donationis se dixit poenituisse, valere institutionem, et necessarium heredem domino servum fieri. Ceterum si, posteaquam heredem instituit, donavit, donatio praevalere, vel si ante donavit, non tamen adimendi animo libertatem adscripsit (2).

23. IDEM libro VI. ad Sabinum. — Papinianus recte putabat, Orationem Divi Severi (3) ad rerum donationem pertinere; denique si stipulanti spondisset uxori suae, non putabat conveniri posse heredem mariti, licet durante voluntate maritus decesserit.

24. PAULUS libro VII. ad Sabinum. — Si inter extraneos facta sit donatio, et, antequam per tempus legitimum dominium fuerit acquisitum, coeant, vel contra si inter virum et uxorem facta sit donatio, et ante impletum tempus supradictum solutum sit matrimonium, nihilominus procedere temporis suffragium constat, quia altero modo sine vitio tradita est possessio, altero, quod fuerit vitium, amotum sit.

25. TERENCE CLEMENTE libro V. ad legem Iuliam et Papiam. — Sed et si constante matrimonio res aliena uxori a marito donata fuerit, dicendum est, festim ad usucapionem eius uxorem admitti, quia et si non (4) mortis causa donaverat (5); ei, non impediretur usucapio; nam ius constitutum ad eas donationes pertinet, ex quibus et locupletior mulier, et pauperior maritus in suis rebus fit. Itaque licet mortis causa donatio interveniat, quasi inter extraneas personas fieri intelligenda est in ea re, quae, quia aliena est, usucapi potest.

26. PAULUS libro VII. ad Sabinum. — Si eum, qui mihi vendiderit, iusserim eam rem uxori meae donationis causa dare, et is possessionem iussu meo tradiderit, liberatus erit, quia, licet illa iure civili possidere non intelligatur, certe tamen venditor nihil habet, quod tradat.

la dote y los intereses de la dote, sin duda se ha de decir, que se pueden pedir los intereses, porque esta no es donación, puesto que se piden para las cargas matrimonio. Pero ¿qué se dirá, si el marido hubiere remitido á la mujer la petición de aquellos? Quedará la misma cuestión, de si sea ilícita la donación; y Juliano diría esto; lo que es verdad. Pero si se había convenido, que la mujer se alimentase á sí misma, y alimentase á sus esclavos, será evidente que por esto consintió que ella disfrutara de su dote, para que se alimentase ella misma y alimentase á los suyos; porque creo que no se le puede pedir como donado lo que fué compensado.

22. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro III. — Uno donó por causa de muerte un esclavo á su mujer, y lo instituyó heredero dándole la libertad; se pregunta, si valdrá la institución. Y opino, que, si lo instituyó heredero con esta intención, porque dijo que se había arrepentido de la donación, es válida la institución, y el esclavo se hace heredero necesario del señor. Pero prevalecerá la donación, si lo donó después que lo instituyó heredero, ó si lo donó antes, pero no le dió la libertad con ánimo de revocar aquella.

23. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro VI. — Con razón opinaba Papiniano, que la Oración del Divino Severo correspondía á la donación de las cosas; y finalmente, que si uno hubiese prometido á su mujer, que estipulaba, no creía que podía ser demandado el heredero del marido, aunque el marido hubiere fallecido subsistiendo su voluntad.

24. PAULO; Comentarios á Sabino, libro VII. — Si entre extraños hubiera sido hecha una donación, y antes que por el lapso de tiempo legal se haya adquirido el dominio, se hubieren unido en matrimonio, ó al contrario, si la donación hubiera sido hecha entre marido y mujer, y antes de cumplido dicho tiempo se hubiera disuelto el matrimonio, consta que, sin embargo, procede el beneficio del tiempo, porque en el primer caso fué entregada sin vicio la posesión, y en el segundo fué purgado el vicio que hubo.

25. TERENCE CLEMENTE; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro V. — Pero también si durante el matrimonio hubiere sido donada por el marido á la mujer una cosa ajena, se ha de decir, que desde luego es admitida la mujer á la usucapion de la misma, porque si no se la hubiera donado por causa de muerte, tampoco se impediría la usucapion; porque el derecho establecido se refiere á las donaciones por las que la mujer se hace más rica, y el marido más pobre en sus propios bienes. Y así, aunque medie donación por causa de muerte, se ha de entender que se hace como entre personas extrañas, tratándose de cosa que, porque es ajena, puede ser usucapida.

26. PAULO; Comentarios á Sabino, libro VII. — Si al que me hubiere vendido una cosa le hubiere yo mandado que por causa de donación se la dé á mi mujer, y por mi mandato hubiere entregado él la posesión, quedará libre, porque aunque no se entienda que ella posee por derecho civil, sin embargo, el vendedor no tiene ciertamente cosa alguna que entregar.

(1) compensandum, Hal.

(2) scripsit heredem (omittendo libertatem), Vulg.

(3) Vide el fragmento 3. §. pr. de este título.

(4) non, omitela Hal.

(5) donaretur, al margen interior del código Fl.

§ 1.—Ex quibus causis inter virum et uxorem concessae sunt donationes, ex iisdem et inter socerum et generum nulumve concessas Neratius ait; ergo socer genero mortis vel divortii causa donabit, sed et gener socero mortis suae vel divortii causa.

27. MODESTINUS libro VII. Regularum.—Inter eos, qui matrimonio coituri sunt, ante nuptias donatio facta iure consistit, etiamsi eodem die nuptiae fuerint consecutae.

28. PAULUS libro VII. ad Sabinum.—Si id, quod donatum sit, perierit, vel consumtum sit, eius, qui dedit, est detrimentum; merito, quia manet res eius, qui dedit, suamque rem perdit.

§ 1.—Si quid in pueros ex ancillis dotalibus natos maritus impenderit, aut in doctrinam aut alimenta, non servatur marito, quia ipse ministeriis eorum utitur; sed illud servatur, quod nutricia datum est ad educendum, quia pro capite quid dedisset, quemadmodum si a praedonibus redemisset servos dotalis.

§ 2.—Si quas servi viri operas (1) uxori praestiterint, vel contra, magis placuit, nullam habendam earum rationem. Et sane non amare, nec tanquam inter infestos ius prohibita donationis tractandum est, sed ut inter coniunctos maximo affectu et solam inopiam timentes.

§ 3.—Si ex decem donatis sibi mulier servum emerit, et is quinque sit, quinque petenda esse, apud Plautium placuit, quemadmodum si mortuus est, nihil peteretur; si vero quindecim dignus sit, non plus, quam decem potest (2) peti, quoniam eatenus donator pauperior factus esset.

§ 4.—Quodsi ex decem duos servos emerit, et eorum alter mortuus sit, alter decem dignus sit, solet quaeri. Et plerique, et Pomponius interesse putant, utrum uno pretio venierint, an diversis; si uno, tota decem petenda, quemadmodum si una res emta deterior facta esset, vel grex, vel carruca, et aliqua pars inde periisset; si diversis, hoc solum petendum, quanti sit emtus, qui superest.

§ 5.—Iulianum putasse Pomponius refert, si quid per eum servum, quem ex numis a marito donatis mulier (3) adquisisset, forte legatum, hereditatem, aut partus editus esset, eo quoque nomine petitionem faciendam esse.

§ 6.—Illud constat, si, antequam a viro annum acciperet mulier, ipsa de suo, aut etiam mutuata impenderit, videri tantum (4) iam ex annuo consumtum.

§ 7.—Illud recte dictum Celsus ait, si dotis usuras annuas uxor stipulata sit, licet ei non debeantur, quia tamen quasi de annuo convenerit, peti quidem dotis iudicio non possunt, compensari au-

§ 1.—Dice Neracio, que por las mismas causas por que están permitidas las donaciones entre marido y mujer, están consentidas entre el suegro y el yerno ó la nuera; luego el suegro hará donación al yerno por causa de muerte ó de divorcio, y el yerno al suegro por causa de su propia muerte ó de divorcio.

27. MODESTINO; Reglas, libro VII.—Entre los que han de unirse en matrimonio es válida en derecho la donación hecha antes de las nupcias, aunque las nupcias se hayan celebrado en el mismo día.

28. PAULO; Comentarios á Sabino, libro VII.—Si lo que se hubiera donado pereciere, ó se hubiese consumido, la pérdida es del que lo dió; y con razón, porque la cosa permanece del que la dió, y pierde su propia cosa.

§ 1.—Si el marido hubiere gastado alguna cosa en los hijos nacidos de las esclavas dotalis, ó en su educación, ó en su manutención, no se recupera por el marido, porque él se utilizó de sus servicios; pero se recupera lo que se dió á la nodriza para criarlos, porque habria dado alguna cosa por cada cuerpo, así como si de ladrones hubiese rescatado los esclavos dotalis.

§ 2.—Si los esclavos del marido hubieren prestado algunos servicios á la mujer, ó al contrario, pareció más conveniente, que no se haya de tener cuenta de ellos. Y á la verdad, el derecho que prohibe estas donaciones no se ha de interpretar con todo rigor, ni como entre personas enemigas, sino como entre personas unidas por el mayor efecto y que temen solamente la pobreza.

§ 3.—Si con diez monedas que se le daron hubiere comprado la mujer un esclavo, y este valiese cinco, pareció bien á Plaucio, que se habían de pedir los cinco, así como nada se pediría, si murió; pero si fuese merecedor de quince, no pueden pedirse más que diez, porque solamente en ellos se habria hecho más pobre el donador.

§ 4.—Pero si con las diez monedas hubiere comprado dos esclavos, y uno de ellos hubiera muerto, y el otro fuese merecedor de dos, se suele dudar. Y los más, y también Pomponio, opinan, que importa saber, si es que hayan sido vendidos por un sólo precio, ó por diversos; que si por uno, se han de pedir todos los diez, así como si se hubiese deteriorado una de las cosas compradas, ó un rebaño, ó una carroza, y hubiese perecido alguna parte; y si por diversos, se ha de pedir solamente aquello en cuanto haya sido comprado el que queda.

§ 5.—Dice Pomponio, que opinó Juliano, que si la mujer hubiese adquirido alguna cosa por medio del esclavo que hubiese comprado con dinero donado por su marido, acaso un legado, ó una herencia, ó hubiese sido dado á luz un parto, también por éste motivo se ha de hacer la petición.

§ 6.—Consta que, si, antes que de su marido recibiese la mujer la anualidad, hubiere ella hecho gastos de lo suyo, ó aún habiendo tomado dinero en mútuo, se considera que ya se gastó de la anualidad otro tanto.

§ 7.—Manifiesta Celso, que con razón se dijo, que si la mujer hubiera estipulado intereses anuales de la dote, aunque no se le deban, sin embargo, habiéndose convenido como sobre una pensión anual,

(1) *Vulg.*; operas viri, *el códice Fl.*; servi operas vir uxori praestiterit, *Hal.*

(2) possunt, *Hal. Vulg.*

(3) emerit, *inserta Hal.*

(4) tamen, *Vulg.*

tem possunt; idem ergo dicemus in qualibet pactione annui nomine facta.

29. POMPONIUS libro XIV. (1) ad Sabinum.—Si mulier ex pecunia donata emtum servum vendidisset, et alium emisset, posteriore periculo mulieris esse Fulcinius scripsit; quod non est verum, licet non ex re mariti emtus sit.

§ 1.—Si vir uxori lanam donavit, et ex ea lana vestimenta sibi confecit, uxoris esse vestimenta Labeo ait;

30. GAIUS libro XI. (2) ad Edictum provinciale.—utilem tamen viro competere.

31. POMPONIUS libro XIV. (3) ad Sabinum.—Sed si vir lana sua vestimentum mulieri confecerit, quamvis id uxori confectum fuerit, et uxoris cura, tamen viri esse, neque impedire, quod in ea re uxor tanquam lanipendia fuerit, et viri negotium procuraret.

§ 1.—Si uxor lana sua operis ancillarum viri vestimenta sui nomine confecit muliebria, et vestimenta mulieris esse, et pro operis ancillarum viro praestare nihil debere; sed viri nomine vestimenta confecta virilia viri esse, ut is lanae uxori praestet pretium. Sed si non virilia vestimenta suo nomine mulier confecit, sed ea viro donavit, non valere donationem, quum illa valeat, quum viri nomine confecit; nec unquam operas viri ancillarum aestimari convenit.

§ 2.—Si vir uxori aream donaverit, et uxor in ea insulam aedificaverit, ea insula sine dubio mariti est; sed eam impensam mulierem servaturam placet, nam si maritus vindicet insulam, retentionem impensae mulierem facturam.

§ 3.—Si duo mancipia fuerint, singula quinibus digna, sed utrumque unis quinque (4) donationis causa a viro mulieri, vel contra venierit (5), melius dicetur, communia ea esse pro portione pretii, nec tandem spectandum esse, quanti mancipia sint, sed quantum ex pretio donationis causa sit remissum. Sine dubio licet a viro vel uxore minoris emere, si non sit animus donandi.

§ 4.—Si vir uxori, vel contra quid vendiderit vero pretio, et donationis causa paciscantur, ne quid venditor ob eam rem praestet, videndum est, quid de ea venditione agatur, utrum res venierit, et totum negotium valeat, an vero ut ea sola pactione irrita sit, quemadmodum irrita esset, si post contractam emtionem novo consilio inito id pacti fuisset actum; et verius est, pactum duntaxat irritum esse.

§ 5.—Idem dicemus, si donationis causa pacti sint, ne fugitivum aut erronem praestent (6), id est, integras esse actiones aedilicias, et ex emto.

§ 6.—Quod vir uxori in diem debet, sine metu

no pueden ciertamente ser pedidos por la acción de dote, pero pueden ser compensados; luego lo mismo diremos respecto á cualquier pacto hecho por razón de pensión anual.

29. POMPONIO; Comentarlos á Sabino, libro XIV.—Si la mujer hubiese vendido un esclavo comprado con el dinero donado, y hubiese comprado otro, escribió Fulcinius, que el segundo está riesgo de la mujer; lo que no es verdad, aunque no haya sido comprado con cosa del marido.

§ 1.—Si el marido donó lana á la mujer, y con esta lana se hizo ella vestidos, dice Labeon, que los vestidos son de la mujer;

30. GAYO; Comentarlos al Edicto provincial, libro XI.—pero que compete al marido la acción útil.

31. POMPONIO; Comentarlos á Sabino, libro XIV.—Pero si el marido hubiere hecho con lana suya un vestido á la mujer, aunque este hubiere sido hecho para la mujer, y por cuidado de la mujer, es sin embargo del marido, y no importa que en esto haya sido la mujer como distribuidora de la lana, y que procurase un negocio del marido.

§ 1.—Si de su lana hizo la mujer en nombre suyo con el trabajo de las esclavas de su marido vestidos de mujer, los vestidos son de la mujer, y nada debe dar al marido por el trabajo de las esclavas; pero los vestidos de hombre hechos en nombre del marido son del marido, pero de suerte que pague este á la mujer el precio de la lana. Mas si la mujer no hizo vestidos de hombre en su nombre, sino que los donó al marido, no es válida la donación, aunque valga esta cuando los hizo en nombre del marido; y en ningún caso debe estimarse el trabajo de las esclavas del marido.

§ 2.—Si el marido hubiere donado un solar á la mujer, y en él hubiere edificado la mujer una casa, esta casa es sin duda del marido; pero parece bien que la mujer haya de recuperar estos gastos, porque si el marido reivindicase la casa, la mujer habrá de hacer retención de los gastos.

§ 3.—Si hubiere habido dos esclavos, que cada uno valiese cinco, pero que por causa de donación ambos hubieren sido vendidos solamente en cinco por el marido á la mujer, ó al contrario, mas bien se dirá que son comunes á proporción del precio, y que al fin no se ha de mirar cuánto valgan los esclavos, sino cuánto se haya perdonado del precio por causa de la donación. Sin duda es lícito comprar por menos, del marido ó de la mujer, si no hubiera intención de donar.

§ 4.—Si por su justo precio hubiere vendido alguna cosa el marido á la mujer, ó al contrario, y por causa de donación pactasen que el vendedor no entregue nada por esta cosa, se ha de ver, qué se haya hecho con esta venta, si es que la cosa haya quedado vendida, y sea válido todo el negocio, ó si solamente sea irritado este pacto, como sería irritado, si después de contratada la compra se hubiese hecho, habiéndose tenido nueva intención, este pacto; y es más cierto, que solamente el pacto es irritado.

§ 5.—Lo mismo diremos, si por causa de donación hubieran pactado que no respondan del esclavo fugitivo ó vagabundo, esto es, que quedan integras las acciones aedilicias y la de compra.

§ 6.—Lo que el marido debe á término á la mu-

(1) XIII., Hal.

(2) XII., Hal.

(3) Paulus libro VII., Hal.

(4) unis quinibus, Hal.

(5) Hal. Vulg.; venierint, el código Fl.

(6) nec fugitivum aut erronem praestari, Hal.

donationis praesens solvere potest, quamvis commodum temporis retenta pecunia sentire potuerit.

§ 7.—Quod legaturus mihi, aut hereditatis nomine relicturus es, potes rogatus a me uxori meae relinquere, et non videtur ea esse donatio, quia nihil ex bonis meis deminuitur; in quo maxime maiores donanti succurrisse Proculus ait, ne amore alterius alter despoliaretur, non quasi malevolos (1), ne alter locupletior fieret.

§ 8.—Si vir uxori munus immodicum kalendis Martiis, aut natali die dedisset, donatio est; sed si impensas, quas faceret mulier, quo honestius se tueretur, contra est.

§ 9.—Non videtur locupletior facta esse mulier, si aut in opsonio, aut in unguentis, aut in cibariis familiae donatam sibi pecuniam impenderit.

§ 10.—Quae vir cibaria uxoris familiae iumentive praestiterit, quae in usu communi erant, non condicentur; quodsi familiam domesticam uxoris aut venaliciam pavit, contra puto observari debere.

32. ULPIANUS libro XXXIII. ad Sabinum. (2)—Quum hic status esset donationum inter virum et uxorem, quem antea retulimus, Imperator noster Antoninus Augustus (3) ante excessum Divi Severi patris sui Oratione in Senatu habita auctor fuit Senatui censendi, Fulvio Aemiliano et Nummio (4) Albino Consulibus, ut aliquid laxaret ex iuris rigore.

§ 1.—Oratio autem Imperatoris nostri de confirmandis donationibus non solum ad ea pertinet, quae nomine uxoris a viro comparata sunt, sed ad omnes donationes inter virum et uxorem factas, ut et ipso iure res fiant eius, cui donatae sunt, et obligatio sit civilis, et (5) de Falcidia, ubi possit locum habere, tractandum sit (6); cui locum ita fore opinor, quasi testamento sit confirmatum, quod donatum est.

§ 2.—Ait Oratio: «fas esse, eum quidem (7), qui donavit poenitere; heredem vero eripere forsitan adversus voluntatem supremam eius, qui donaverit, durum et avarum esse».

§ 3.—«Poenitentiam» accipere debemus supremam. Proinde si uxori donavit, deinde eum poenituit, mox desiit poenitere, dicendum est, donationem valere, ut supremum eius spectemus iudicium; quemadmodum circa fideicommissa solemus, vel in legatis, quum de doli exceptione opposita tractamus, ut sit ambulatoria voluntas eius usque ad vitae supremum exitum.

§ 4.—Sed ubi semel donatorem poenituit, etiam heredi revocandi potestatem tribuimus, si appareat, defunctum evidenter revocasse voluntatem. Quodsi in obscuro sit, proclivior esse debet iudex ad comprobendam donationem.

§ 5.—Si maritus ea, quae donaverit, pignori de-

jer, puede pagarlo de presente sin miedo de donación, aunque habiendo retenido el dinero hubiere podido experimentar la utilidad del tiempo.

§ 7.—Lo que me has de legar á mí, ó me has de dejar á título de herencia, puedes, rogado por mí, dejárselo á mi mujer, y no se considera que esta sea donación, porque nada se disminuye de mis bienes; en lo que dice Próculo que nuestros mayores ampararon al donante, principalmente para que uno no fuese despojado por el amor de otro, no como por malevolencia, para que uno de ellos no se hiciese más rico.

§ 8.—Si el marido hubiese dado á la mujer en las Calendas de Marzo, ó en el día de su natalicio, un regalo immoderado, hay donación; pero si los gastos, que hiciera la mujer para cuidarse más conveniente, se dice lo contrario.

§ 9.—No se considera que la mujer se hizo más rica, si el dinero que se le donó lo hubiere gastado en manjares, ó en afeites, ó en comida para la familia.

§ 10.—La comida que el marido hubiere suministrado para los esclavos ó las caballerías de la mujer, que servían para uso de ambos, no será reclamada por la condición; pero si alimentó á los esclavos domésticos, ó en venta, de la mujer, opino que se debe observar lo contrario.

32. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXXIII.—Siendo este, que antes hemos expuesto, el estado de las donaciones entre marido y mujer, nuestro Emperador Antonino Augusto, antes de la muerte del Divino Severo, su padre, en una Oración hecha en el Senado aconsejó al Senado, siendo cónsules Fulvio Emiliano y Nummio Albino, que moderase un poco el rigor del derecho.

§ 1.—Pero la Oración de nuestro Emperador sobre la confirmación de las donaciones se refiere no solamente á las cosas que á nombre de la mujer se compraron por el marido, sino á todas las donaciones hechas entre marido y mujer, para que de derecho se hagan las cosas de aquel á quien fueron donadas, y haya la obligación civil, y respecto á la Falcidia se haya de examinar cuándo pueda tener lugar; para la cual opino que habrá de haber lugar de este modo, como si por testamento haya sido confirmado lo que se donó.

§ 2.—Dice la Oración: «Es lícito ciertamente que se arrepienta el que donó; pero es duro y avaro que el heredero la quite acaso contra la última voluntad del que hubiere hecho la donación».

§ 3.—Debemos entender por «arrepentimiento» el último. Por consiguiente, si uno hizo donación á su mujer, y después se arrepintió, y luego dejó de arrepentirse, se ha de decir, que es válida la donación, de suerte que atendamos á la última voluntad de aquel; así como solemos en cuanto á los fideicomisos, ó á los legados, cuando tratamos de la excepción de dolo opuesta, para que sea variable la voluntad de aquel hasta el último momento de su vida.

§ 4.—Pero una vez que el donador se arrepintió concedemos también al heredero la facultad de revocarla, si apareciera que evidentemente el difunto había revocado su voluntad. Pero si fuera dudoso, el juez debe estar más inclinado á confirmar la donación.

§ 5.—Si el marido hubiere dado en prenda lo que

(1) Según nuestra enmienda; malivolos, el código Fl.; neve quasi inter malivolos alter, Hal.
(2) XXXIV. ad edictum, Hal.
(3) Augustus, omitela la Vulg.

(4) Numio, Hal.
(5) sed, Hal.
(6) est, Hal.
(7) quidem, omitela Hal.

derit, utique eum poenituisse dicemus, licet dominium retinuit. Quid tamen, si hoc animo fuit, ut vellet adhuc donatum—finge in possessione precaria (1) mulierem remansisse, paratamque esse satisfacere creditori—? Dicendum est, donationem valere, nam si ab initio ei rem obligatam hoc animo donasset, dicerem, vim habere donationem, ut parata satisfacere mulier haberet doli exceptionem; quin imo et si satisfacisset, potuisse eam per doli exceptionem consequi, ut sibi mandentur actiones.

§ 6.—Si donator servus fuerit, effectus privati, dicendum est, non impletam, sed peremptam donationem, quamvis morti servitus comparetur; proinde et si ipsa in servitutem redigatur, cui donatum est, extincta erit donatio.

§ 7.—Si maritus uxori donaverit, et mortem sibi ob sceleris conscientiam consciverit, vel etiam post mortem memoria eius damnata sit, revocabitur donatio, quamvis ea, quae aliis donaverit, valeant, si non mortis causa donavit.

§ 8.—Si miles uxori donaverit de castrensibus bonis, et fuerit damnatus, quia permissum est ei de his testari, si modo impetravit, ut testetur, quum damnaretur, donatio valebit; nam et mortis causa donare poterit, cui testari permissum est.

§ 9.—Quod ait Oratio «consumsisse», sic accipere debemus, ne is, qui donationem accepit, locupletior factus sit; ceterum si factus est, Orationis beneficium locum habebit. Sed et si non sit factus locupletior, dederit tamen tantam quantitatem, eaque extet (2), dicendum est, si is decessit, qui factus est locupletior, posse repetere id, quod dedit, nec compensare (3) id, quod consumpsit, quamvis divortio secuto haec compensatio locum habeat.

§ 10.—Si divortium post (4) donationem intercessit, aut prior decesserit, qui donum accepit, veteri iuri statur, hoc est, si maritus uxori donatum vult, valet (5) donatio, quodsi non vult, extinguitur; plerique enim cum bona gratia discedunt, plerique cum ira sui animi et offensa.

§ 11.—Quid ergo, si divortium factum est, deinde matrimonium restauratur, et in divortio vel mutata est voluntas, vel eadem duravit, restaurato tamen matrimonio et voluntate donatoris reconciliata, an donatio duret, si constante matrimonio donator decesserit? Et potest defendi, valere.

§ 12.—Quodsi divortium non intercesserit, sed frigusculum, profecto valebit donatio, si frigusculum (6) quievit.

§ 13.—Si mulier et maritus diu seorsum quidem habitaverint, sed honorem invicem matrimonii habebant, quod scimus interdum et inter Consulares personas subsecutum, puto, donationes non valere, quasi duraverint nuptiae, non enim coitus ma-

hubiere donado, diremos ciertamente que se arrepió, aunque retuvo el dominio. Pero, ¿qué diremos, si fué con la intención de querer que subsista aún la donación—supón que la mujer permaneció en la posesión precaria, y que estaba dispuesta á satisfacer al acreedor—? Se ha de decir, que la donación es válida, porque si desde un principio le hubiese donado con esta intención la cosa obligada, yo diría, que tiene fuerza la donación, de suerte que estando la mujer dispuesta á satisfacer, tuviera la excepción de dolo; y aún, si hubiese satisfecho, que pudo ella conseguir por la excepción de dolo, que se le cedan las acciones.

§ 6.—Si el donador hubiere sido hecho esclavo de una persona privada, se ha de decir, que no se cumplió, sino que se extinguió la donación, aunque la servidumbre se compare á la muerte; por lo cual, también si la misma, á quien se hizo la donación, fuera reducida á esclavitud, se habrá extinguido la donación.

§ 7.—Si el marido hubiere hecho donación á la mujer, y después se hubiere procurado la muerte por conciencia de un delito, ó aún después de su muerte hubiera sido condenada su memoria, se revocará la donación, aunque sean válidas las cosas que á otros hubiere donado, si no las donó por causa de muerte.

§ 8.—Si un militar hubiere hecho á su mujer una donación con sus bienes castrenses, y hubiere sido condenado, será válida la donación, porque le está permitido testar de ellos, si impetró que testara, cuando fuese condenado; porque también podrá donar por causa de muerte, aquel á quien se le permitió testar.

§ 9.—Lo que dice la Oración de «haber consumido», lo debemos entender de este modo, que el que recibió la donación no se haya hecho más rico; pero si se hizo, tendrá lugar el beneficio de la Oración. Pero también si no se hubiera hecho más rico, pero hubiere dado otra tanta cantidad, y esta existiese, se ha de decir, que si falleció el que se hizo más rico, puede repetir lo que dió, y no compensar lo que consumió, aunque esta compensación tenga lugar habiendo sobrevenido el divorcio.

§ 10.—Si sobrevino el divorcio después de la donación, ó hubiere fallecido primero el que recibió lo donado, se está al antiguo derecho, esto es, que si el marido quiere que quede donado á la mujer, la donación es válida, pero si no quiere, se extingue; porque unos se divorcian de buen grado, y otros con ira de su ánimo y con ofensa.

§ 11.—Luego ¿qué se dirá, si se hizo el divorcio, y después se restablece el matrimonio, y durante el divorcio ó se mudó la voluntad, ó subsistió la misma, habiéndose sin embargo restablecido el matrimonio, y reconciliado la voluntad del donador, subsistirá la donación, si el donador hubiere fallecido durante el matrimonio? Y se puede defender, que es válida.

§ 12.—Pero si no hubiere mediado divorcio, sino un ligero enfriamiento, valdrá ciertamente la donación, si cesó el ligero enfriamiento de relaciones.

§ 13.—Si la mujer y el marido hubieren, á la verdad, habitado largo tiempo por separado, pero se guardaban recíprocamente la consideración del matrimonio, lo que sabemos que á veces ha sucedido aún entre personas consulares, opino que no son

(1) Según conjetura Br.; possessionem precariam, el código Fl.

(2) Taur. al margen; est, en el texto.

(3) repeti—compensari, Hal.

(4) post, se considera añadida por antiguos copistas.

(5) Vulg.; valeat, el código Fl.; ut valeat—extinguitur, Hal.

(6) Hal.; sed frigusculum—si frigusculum, el código Fl., Br.

trimonium facit, sed maritalis affectio; si tamen donator prior decesserit, tunc donatio valebit.

§ 14.—Si ambo ab hostibus capti sint, et qui donavit, et cui donatum est, quid dicimus? Et prius illud volo tractare. Oratio, si ante mors contigerit ei, cui donatum est, nullius momenti donationem esse voluit; ergo si ambo decesserint, quid dicemus, naufragio forte, vel ruina, vel incendio? Et si quidem possit apparere, quis ante spiritum posuit, expedita est quaestio, sin vero non appareat, difficilis quaestio est; et magis puto, donationem valuisse, et his ex verbis Orationis defendimus; ait enim Oratio: «si prior vita decesserit, qui donatum accepit», non videtur autem prior vita decessisse, qui donatum accepit, quum simul decesserint. Proinde rectissime dicetur, utrasque donationes valere, si forte invicem donationibus factis simul decesserint, quia neuter alteri supervixerit, licet de commorientibus Oratio non senserit. Sed quum neuter alteri supervixerit, donationes mutuae valebunt, nam et circa mortis causa donationes mutuas id erat consequens dicere, neutri datam (1) conditionem, locupletes igitur heredes donationibus relinquent (2). Secundum haec si ambo ab hostibus simul capti sint, amboque ibi decesserint non simul, utrum (3) captivitatis spectamus tempus, ut dicamus donationes valere, quasi simul decesserint, an neutram (4), quia vivis iis finitum est matrimonium; an spectamus, uter prius (5) decesserit, ut in eius persona non valeat donatio, an uter rediit, ut eius valeat? Mea tamen fert opinio, ubi non revertuntur, ut tempus spectandum sit captivitatis, quasi tunc defecerint; quodsi alter redierit, eum videri supervixisse, quia rediit.

§ 15.—Qui quasdam res ex his, quas donaverat, legasset, quasdam non, non videbitur ceteras noluisse ad uxorem pertinere; plerumque enim antea legat, postea donat, vel alia causa fuit legandi.

§ 16.—Oratio non solum virum et uxorem complectitur, sed etiam ceteros, qui propter matrimonium donare prohibentur, utputa donat socer nurui vel contra, vel socer genero vel contra, vel consocer consocero, qui copulatos matrimonio in potestate habent; nam ex mente Orationis his quoque omnibus permissum est in eundem casum donare; et ita et Papinianus libro quarto Responso- rum sensit. Sic enim scribit: socer nurui vel genero donavit, postea filius eius vel filia constante matrimonio vita decessit; quamquam vitium donationis perseveret, tamen, si socer nullam quaestionem (6) donationibus intulit, post mortem

válidas las donaciones, cual si hubieren subsistido las nupcias, porque el matrimonio no lo hace el coito, sino la afección marital; pero si el donador hubiere fallecido el primero, entonces será válida la donación.

